

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

16 quotations attributed to “Auctor libelli de moribus medicorum” in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 2, Rubrica 1: De bono et malo (fol.15va):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo i. **Omnia scire decet: cuncta patrare nocet. / Scire malum quod nitet idem res conueniens est. / Scire bonum discat quilibet id quod amat.**

Ergo cor apponas, prodest nam discere cuiquam: / Omnia scire decet, cuncta patrare nocet. / Scire malum, quod vitet idem, res conveniens est: / Scire bonum discat quilibet id quod agat.

Anonymus, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.398, ll.3-6).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va):

Auctor libelli de moribus medicorum: **Stare diu nequeunt qui mala semper agunt.**

Ascendunt subito, subito merguntur ad yma; / Stare diu nequeunt qui mala semper agunt.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.408, ll.127-128).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 4. **Dum dolet infirmus promittit premia multa.**
Cessat promissum cum dolor ipse cadit.

Dum dolet infirmus, promittit premia multa; / Cessat promissum cum dolor ipse cadit.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.402, ll.45-46).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitudine (fol.51rb):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 12. **Ingratos homines inflata superbia reddit.**

Ingratos homines inflata superbia reddit; / Quilibet ingratus nempe superbis erit.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.408, ll.121-122).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.52ra):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 10. **Premia quisque labor optat habere sua. / Si labor ipse perit: perit in arte voluntas. / Amisso studio fit piger omnis homo.**¹ Capitulo 12. **Omnibus est turpe: sed turpius est generosis. / Non compensare servitium merito.**² Capitulo 27. et finali. **Si numi desunt: perit omnis sollicitudo. / Sollicitum numus quemlibet ipse facit. / Sollicitat pigros: studiosos reddit inertes.**³

1. Ut tibi cura mei tamen adsit sedula, queso; / Quod petis ut tribuam, tu modo pande michi,
/ Et tibi quod iustum fuerit prebebo libenter: / Premia quisque labor optat habere sua. » / «
Premia digna sui cupit omnis habere laboris; / Quatenus acquirat inde laborat homo. /
Quilibet idcirco nimium studet atque laborat / Ut sibi proficuum conferat ipse labor. / Si labor ipse perit, perit eius in arte voluntas; / Amisso studio fit piger omnis homo.

Anonymus, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.406, ll.87-96).

2. Omnibus est turpe, sed turpius est generosis / Non compensare servitium merito.

Anonymus, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.408, ll.117-118).

3. Si nummi desunt, perit omnis sollicitudo; / Sollicitum nummus quemlibet esse facit. / Sollicitat pigros, studiosos reddit inertes, / Infirmos sanat, debilibus dat opem.

Anonymus, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.420, ll.273-276).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61rb):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo i. **Omnia scire decet: cuncta patrare nocet. / Scire malum quod vitet: idem res conueniens est. / Scire bonum discat: quilibet id quod agat.**¹ Capitulo 2. **Ignari medici demit medicina salutem. / Dum prodesse putat: semper obesse solet.**²

1. Ergo cor apponas, prodest nam discere cuiquam: / Omnia scire decet, cuncta patrare nocet. / Scire malum, quod vitet idem, res conveniens est: / Scire bonum discat quilibet id quod agat.

Anonymus, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.398, ll.3-6).

2. Ignari medici demit medicina salutem; / Dum prodesse putat, semper obesse solet.

Anonymus, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.400, ll.29-30).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia (n.p. fol.1va):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 2. **Ignarus medicus: mortificare solet. / Naturam morbi qui non agnoscit eundem. / Quomodo curabit: est sua cura mala. / Ignari medici demit medicina salutem. / Dum prodesse putat: semper obesse solet.**

Ergo si cito vult hic indagare salutem, / Consilium medici queritet ipse boni / Qui bene curet eum ceu morbi causa requirit: / Ignarus medicus mortificare solet. / Naturam morbi qui non agnoscit, eundem / Quomodo curabit? Est sua cura mala. / Ignari medici demit medicina salutem; / Dum prodesse putat, semper obesse solet.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.400, ll.23-30).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.88ra):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 15. **Omnia fructificant cum venit apta dies.**

Nunc subiens apte pariet medicina salutem: / Omnia fructificant cum venit apta dies. »

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.412, ll.159-160).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocimento paupertatis (fol.90ra-rb):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 27. et finali. **Bella mouent numus eadem sedare videtur / Qui sunt discordes vnanimesque facit. / Regibus et ducibus generaliter omnibus ipse / Imperat atque preest et dominatur eis. / Si careat numis sapiens quasi nullus habetur / Et fauius sapiens diues habetur homo / Numus amicitias iungit dat munus honores / Uix sine denariis nullus habetur honor / Numus honorari cunctos facit atque timeri / Diues honoratur: nullus habetur inops. / Rex regum numus dominus manet: et dominatum / Omnes inclinant et famulantur ei. / Destruit edificat numus: facit omnia qua vult. / Ius et iustitiam cum ratione necat.**

Bella movet nummus, eadem sedare videtur, / Qui sunt discordes unanimesque facit. / Regibus et ducibus generaliter omnibus ipse / Imperat atque preest et dominatur eis. / Si careat nummis, sapiens quasi nullus habetur / Et fatuus sapiens dives habetur homo. / Formosus turpis et fortis debilis atque / Nobilis est humilis, si sibi census abest. / Nummus amicitias iungit, dat nummus honores: / Vix sine denariis ullus habetur honor. / Nummus honorari cunctos facit atque timeri: / Dives honoratur, vilis habetur inops. / Rex regum nummus dominus manet et dominantum; / Omnes inclinant et famulantur ei. / Qualis Virgilius vel si sit qualis Homerus, / Si non sit locuples nullus habetur homo. / Destruit, edificat nummus, facit omnia que vult: / Ius et iustitiam cum ratione necat.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.422, ll.283-300).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 5: De rapina et furto et quacunque ablatione alieni (fol.92ra):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 27. et finali. **Stare diu neque vt que mala parata vides.**

Attamen ipsa ruunt que nummus congregat ipse: / Stare diu nequeunt que male parta vides.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.424, ll.311-312).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95rb):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 21. **Hydropico similis omnis auarus adest. / Non gaudet partis: quia tangere parta veretur. / Ne sibi deficiant: pauper auarus eget. / Est similis talpe metuenti mandere terram. / Ne sibi deficiat: sic perit ipsa fame.**

In coacervando patitur mala multa fidemque / Nulli servare tristis avarus amat, / Plus habet et quanto tanto plus appetit ipse: / Ydropico similis omnis avarus adest. / Non gaudet partis, quia tangere parta veretur; / Ne sibi deficiant pauper avarus eget. / Est similis talpe metuenti mandere terram / Ne sibi deficiat: sic perit ipsa fame.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.416, ll.211-218).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.98ra):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 12. **Ingratos homines inflata superbia reddit.**

Ingratos homines inflata superbia reddit; / Quilibet ingratus nempe superbus erit.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.408, ll.121-122).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.120ra):

Auctor libelli de moribus medicorum capitulo 11. **Spes multos decipit. atque / Hec eadem reficit: implet: et euacuat.**

Me spes decepit; spes multos decipit atque / Hec eadem reficit, implet et evacuat.

Anonymous, *De more medicorum* (P. Gatti ed., 1998, p.408, ll.111-112).